

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

Titvlvs XX. De Sepulturis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

## DECISIO V.

*Ex conf. 6. in Novis, deest in antiquis.*

**C**ui bona sua alienare prohibitum, est si ob delictum aliquod commissum damnatus sit, fiscus nec in vita delinquentis, nec postea in predictis bonis succedere potest. I. Statius. ff. de iure filii.

## DECISIO VI.

*Ex conf. 8. in Novis, deest in antiquis.*

**E**ructus beneficiorum a solo separati, etiam non excepti, de iure ad beneficiarum spectat, vel ad legitimos eius heredes (quales in foro conscientiae non sunt diuines aut qui in utroque foro legitimis non sunt.) Extrah. Pij V. in c. Quæ ordinis. Nec de eis Episcopus disponere valet.

## TITULVS XX.

De Sepulturis.

## SVMMA RIVM.

- 1 *Pater, quare testamentum pro filio impubere facere potest, non autem sepulturam eligere.*
- 2 *Sepulturae locus sine causa & solemnitate concedi non debet.*
- 3 *Excommunicatus, licet signa ante mortem contritionis ostendat, non est tamen in loco sacro ante absoluti nem sepeliendus.*
- 4 *Meretrix noctu ab amico occisa, non presumitur meretricando occisa, nec sepultura priuanda.*
- 5 *Corpora & reliquia sanctorum quemadmodum de uno ad alium locum transferri possunt.*
- 6 *Sepeliri in sacro omnis Christianus debet mortuus inuenitus, nisi se ipsum occidisse constet.*
- 7 *Excommunicatus denunciatus, in articulo mortis absulatus in sacro sepeliri potest.*

## DECISIO I.

*Ex conf. 1. alias 2.*

**P**ater, licet filio impuberi testamentum facere, c. si patre de testam. in 6. & illi etiam in bonis maternis substituere possit, l. 1. ff. de vulg. & impenas eius funerales facere tenetur, l. nullus ff. de in rem. eo quod haec tria temporalia sunt: sepulturam tamen sibi soli, & non filio impuberi eligere valer, c. licet, de sepul. in 6. Quia sepultura electio spirituale quidam est: ad spiritualem vero filij, sicut ad temporalia eiusdem, patria potestas non extenditur, c. Si annum de iud. in 6.

## DECISIO II.

*Ex conf. 2. alias 1.*

**C**um sacre rei Dominum nullus habere possit; l. inter stipulantem. s. sacram. ff. de verb. oblig. locus sepulturæ nemini concedi potest, ita vt Dominus eius sit, sed neq; alicui sine auctoritate Episcopi, aut cum illa sine iusta causa, & solemnitate, sepulturæ locus concedi debet; ita vt habeat ius sepeliendi in eo mortuus suos, & impediendi, ne alij ibi se peliantur: Quia licet per ralem confessionem dominium rei non transferatur, transferitur tamen vsus eius, & ius quoddam sepeliendi, quod nisi seruatis canonibus de non alienandis rebus ecclesiæ, c. sine exceptione, 12. q. 2. c. nulli, de reb. ecclesiæ, non alie. fieri nequit. A quo libet tamen habete liberam sepulturam, vel ius admittendi ad sepulturam in sua ecclesia, ex iure communione pr. u. legio, aut licentia Episcopi, c. ocedi facultas simpliciter potest vt quis in tali loco sepeliatur, c. Abolenda, de sepult. & clem. dudum. s. huiusmodi. tir. cod.

## DECISIO III.

*Ex conf. 3. alias 4.*

**E**xcommunicatus propter debitum ex delicto descedens, vel contractu, mortuus, licet ante mortem signa contritionis ostendat, in loco tamen sacro sepeliendus

non est antequam absoluatur ab eo, a quo factus est solus debebat, c. a nobis 2. de sent. exc. & c. f. de sep. ex Nau. in Man. c. 26. nu. 3. & si in articulo mortis a confessario absoluatur, & in loco sacro sepeliatur, non est exhibundus, cogi tamen possunt haec des eius ad debita soluendum.

## DECISIO IV.

*Ex conf. 4. alias 6.*

**M**eretrix, quæ in paschale confessa est, & communicauit, si nocte ab amico in domo amici occisa repentina, nulloq; pacto constare potest, quod mortua fuerit contrita, vel contritis signa dederit, eo quod nocte occisa sit, & clauso officio certum tanquam sic illam ab amico suo iugulatam esse, in loco sacro sepelienda est: eo quod cum non constet de mente, qua amicus illam in dominum suum duxerit, & verisimiliter credi possit illam duxisse ad meretricandum, si non occidisset eam; Quia tamen occidit, verisimiliter credi potest deduxisse illam ad sumendum viodictam de aliqua iniuria, quam putabat iuste, vel iniuste sibi factam fuisse, & forte denegando ei ad se ingressum, ita vt probabiliter credi possit non fuisse mortuam in meretricando, sed alia de causa, cuius forte illi in penituit; præterim cum credi probabilitate possit campionis classis Ielum & alia contritionis signa dederit, dum ferro appetetur, quæ sufficient ad exhibendum sepelit amico loco sacro, dum non constet de contrario, c. a nobis 2. de sent. exc. Sed præterea occidores communiter prononcere solent decidendo, vt se Deo commendet, & de peccatis suis doleant, vt exinde etiam contritam mortuam esse meretrem præstatam probabiliter credi possit.

## DECISIO V.

*Ex conf. 5. alias 9.*

**C**orpora, & reliquia sanctorum, quæ perpetuae sepulturæ traduntur, nec de una ecclesia ad alteram, nec de uno loco Ecclesiæ ad aliud eiusdem Ecclesiæ locum c. corpora, de consecr. d. 1. 1. Nec dum. C. de reli. & lmp. funer. sine legitima auctoritate mutari, aut transferri possunt; Ideo que nec reliquia, & partes sanctorum quæ sunt legitime altaris ad illorum consecrationem inclusæ, sine licentia illis ad alia mutari queunt, eo quod altari illi perpetuo sunt inclusæ; quæ vero sepulturæ perpetuae non sunt traditæ, sed extra sepulcrum in Sacra, vel alijs locis manent, aliud ad processiones, vel Missas, vel alias deuotiones sine licentia transferri possunt.

## DECISIO VI.

*Ex conf. 6. alias 7.*

**C**hristianus manet confessus, & a confessario absolvitur, quique tota die, & vepera latens cognoscitur, si die sequenti mortuus in cubiculo, ostio clauio, & habens laqueum ex collo pendente, sive ramen nec penderet, nec omnino iacet, sed quis si geouflexus, innutus sit; His non obstantibus in loco sacro sepeliendus est: eo quod Christianus omni in loco sacro sepe iri debet, nisi scipium occidit; Glo. in c. ex parte 2. de sep. & in dubio non est presumendum de aliquo delictum c. 2. de reg. iur. Conar. lib 2. var. resolu. c. 1. nu. 11. præserit tam grāde, & humana inclinationi repugnans, & maximè de nuper confessio, abolitio, & communicatio. Vnde & m. licet cadens de cymba in flumini in loco sacro sepeliatur, etiam si fugiens occidisset, quia non presumitur voluntari ad te occidendum de ecclisiet. c. ex parte 2. de sepult.

## DECISIO VII.

*Ex conf. 5. in Novis, deest in antiquis.*

**Q**ui excommunicatus aut interdictus denunciatus est, si tamen in articulo mortis a parochio, vel aliquo Sacerdote simplici, absolvatur, sicut iure antiquo, c. fin. de sepul. ita etiam post Concilium Tridentinum less. 14. c. 7. sine peccato in loco sacro sepeliti, & alijs ecclesiæ suffragijs iuuari potest.

TL